

*Loc in Volumine
Cequentes reperiens dissertationes
alg Prudentia?*

- 1) Wloemend: ds: de Justitia universali
et particuliari.
- 2) Schroederi, Jph: Opph: ds: de quibus ad
Collegiorum iuris notabilibus
- 3) Brunquelli: programma de variis rebus
legibz suis partitalem auctoritate
conciliandi modo.
- 4) Wildvozes: ds: de legum quarundam
Justitiae earum, non usu in german
icae foris ex earundem rationibz
nei quidquam probando.
- 5) Bruckneri, Gallicus: ds: de
dice Theodosiano leggj in' ordine Pa
storianos usu.
- 6) Simon, Adel: theas: de Jure Confusio
naris
- 7) Flomo: des Usu practiceo tituli justitu
tionum de patris potestate.
- 8) ejusdem de V. T. de his qui sui vel
alieni futis sunt.

- 9) Eiusdem de V. P. T. 4: Quibus modis
Ius Patriae potest sollici.
- 10) - - - de V. P. F. f. 6 de Adoptionib.
11) Götevi. Henr. de Computatione
Graduum cognationis.
- 12) Schuberti Joh. Ernest. de Prædictis
prohibitio secundum Ius Naturae
- 13) Thom. Larva Leges Agriculæ
detrecta.
- 14) Boehmeri ds. de Jure et statu
hominum propriorum a servis
germanæ, non romani deriu-
- 15) Petöbel. Joh. Wilh. de Donationib.
quæ judicialiæ sunt inferendæ
tabulis.
- 16) Gruner, Christ. Ht. de donati
sribi ante negotias.
- 17) Mulleri, Petri. de Litteris Anna
toris.
- 18) Schellhaffer, Henr. Thop. de
Originis et fonte iuris circa Malas
diversi.

- 19) Brüge, Fr. Andr. de Matrimonio
suo ius reservatoris cum pupilla,
Programma.
- 20) ~~Klein~~: Joh. Georg de odio in dicta
Harmonia inaequalium est et
21) Klein, Joh. Bodo, Litigatione poena-
rum sapore Matrimonii contracti
- 22) eisdem I: de praeferventione
Matrimonii in concursu
duorum
- 23) Delphini Hirs: Epinuchi Ordina-
gium
- 24) Zürn, Joh. H: de eo quod iustum
est circa nuptias.
- 25) Brückneri ds: de Sponsalibz Cla-
destinis
- 26) Wildvogel. Christ: de Jure Thalass.

10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

ALMÆ ACADEMIÆ ERFFVRTH.
RECTOR

JAM

FACVLTATIS JVRIDICÆ
DECANVS,

**TOBIAS JACOB
REINHARTH,**

JCTVS, RELIQVA,

AD AVDIENDAM

LECTIONEM CVRSORIAM

ad §. IX. Inst. de J. N. G. & Civ.

ET

DISSERTATIONEM IN AVGVRALEM

AD DIEM XVII. MAJI MDCCXXXV.

LECTOREM BENEVOLVM

HUMANISSIME INVITAT.

ER FORDIÆ,

Typis JOH. CHRISTOPHORI HERINGII,

Acad. Typogr.

INVENTORIUM LIBRARIAE

EGERTON LIBRARY
TOMVS I CC

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF TORONTO

MONASH LIBRARY



Q. D. B. V.

Imp. JVSTINIANVS confuetudinem s. Jus non scriptum, adumbraturus, in §. IX. Inſt. de J. N. G. & C. ita men- tem exponit ſuam: *Sine ſcripto, inquit, jus venit, quod uſus approbavit, nam diuturni mores conſenſu utentium comprobati legem imitantur;* Quotusque enim eſt, quem latet, inter *Jus ſcriptum*, quod legis nomine venit, & inter *Jus non ſcriptum*, quod conſuetudo appellatur, id quidem intercedere differentiæ, quod illud expreſſa ſumma poeſta- tis voluntate, vel per ſcripturam, vel mediante praconis vo- ce aperte declaratæ, ac per traditionem ad posteros translata, hoc vero voluntate ſeu conſenſu faltem tacito, ex iſpis ſubdi- torum rebus uniformiter & frequenter geſtis, neque ab eo, pe- nes quem eſt legislatoria poeſta, ignoratis nec contradictiſ, quin potius toleratiſ, elicitio, conſlet; contra verò ratione eſſe- cūtus utrumque Jus unius ejusdemque eſſe virtutis & effica- ciae? Prius, predictam ſeiliacet differentiam, Imperator in te- xtu citato per uſum & diuturnos mores, conſenſu utentium comprobatoſ, quibus Jus non ſcriptum conſistere aſſerit, indi- cat; posterius verò ex eo, quod Jus non ſcriptum *Legem imitari* aſſerat, evincitur. Utrumque enucleatus adjecta ra- tione proponit JVSTINIANVS in L. 32. §. 1. ff. de LL. dum inquit:

(c) 2

In

In veterata consuetudo pro Legi non immerito custoditur
Nam cum ipse Leges nulla alia ex causa nos teneant, quam quod
iudicio populi recepta sint; merito & ea, que sine ullo scripto po-
pulus probavit, tenebunt omnes: nam quid interst, suffragio po-
pulus voluntatem suum declarat, an rebus ipsi & factis. Minus
quidem caute & accommodata egisse TRIBONIANVM cer-
tum est, quod, dum in tacito POPVLI consensu fundamen-
tum consuetudinis constituit, atque adeo ad populariem
republicam romanam statum, quo ferendi Legum potestas
ad huc erat penes populum, respexit, democratici hujus
status reliquias Juri Justinianeo, cuius aeo summa rerum a
populo longo ab hinc tempore discesserat, intexuerit; Ni-
hilo tamen feciis inde firmiter concludere licet, quod, sicut
cujuscunque summa potestatis expresso suffragio conduntur
leges, ita illius quoque in quoconque demum Reipublicam
statu tacito consensu consuetudo induci queat, atque semel
legitime invectae omnes effectus legis, s. Juris scripti jure me-
ritoque attribuendi sint; qui in eo consistunt, ut tam virtute
imperandi, vetandi, permitteendi, & puniendi polleat, at-
que iudicii instar normae in ferendis sententiis esse debeat,
pr. Inst. de offic. Jud. quam quoque juxta CALLISTRATVM in
L. 37. D. de LL. vim optime leges ipsas interpretandi, imo
secundum supra excitatum JULIANVM in L. 32. §. 1. D. cod. tit.
legi veteri derogandi eamque penitus tollendi habeat. Ca-
ve enim cum COCEJO in Jur. Controv. L. 1. t. 3. qu. 14. aliis-
ve existimes, a CONSTANTINO Imperatore in L. 2. C. Quae sit
longa Consuetudo, quam modo dixi, virtutem abrogandi legem
in statu monarchico consuetudini fuisse penitus admitem, cum ibi negetur, eam suo usque adeo valere momento, ut au-
tationem vincat, aut LEGEM; Nam haec Lex ut optime cum
WOODIO ad Pand. L. I. t. III. p. 16. & JOSEPHO AVERANO In-
terp. Jur. II. I. q. observavit ill. HEINECCIVS El. Jur. Civ. ad D.
§. CV. p. 33. in not. de consuetudine rationi adversa, maxime
religionem paganam concernente, loquitur, atque adeo de
ea recte negatur, quod rationem & legem postea latam
vincere queat, ut jam alias non inconcinnas responsiones
taceam,

taceam, quas ad diluendam hanc oppositionem in medium
protulerunt GEORGIVS FRANZKIUS Ex. I. qv. 9. REINHAR-
DVS BACHOVIVS ad TREVTLERV M Disp. I. tbes. 9. lit. f.
BRVNNEM. ad d. L. MEVIVS P. V. Dec. IIo. n. 4. HVBER. PRÆL.
ad Inst. p. 13. ceteri. Non solum autem consuetudo posterior
tollit Legem anteriorem in eodem territorio latam, sed
non raro quoque cum Lege extraneâ vel consuetudine col-
lidit, hasque in pugna profligat. Imitari enim consuetu-
do legem dicitur, qua sepe quoque numero extra loci &
territoriū limites operatur efficaciter; id quod exemplo uno
vel altero fiet perspicacius. Sic in terris Saxonice Duc-
libus, sive LINEÆ ERNESTINÆ, in Thuringia sitis, COLERO
Dec. XXXV. & RICHTERO Decif. XXVIII. testibus, utroque
quondam Ordinarii munere in Academiâ Jenensi functis,
in veterata invaluit consuetudo, quâ testamentum rusticorum
coram Parochio & duobus saltim testibus rure condi-
tum pro valido habetur, id quod omnibus paganorum te-
stamentis in constitutione Pontificis ALEXANDRI, qua extat
in cap. cum esset 10. extra de testam. indultum legitur;
Fac ergo, testamentum ita in pago quodam harum ter-
rarum Saxoniarum fuisse conditum, testatorem vero
v. g. in agro Erfordiensi, vel etiam in provinciis Electo-
ralibus Saxonice, sive LINEÆ ALBERTINÆ, vel alio Imperii
loco, ubi prædicta consuetudo cum dispositione Juris Ca-
nonici omnino exulat, habuisse domicilium, vel bona im-
mobilia, de quibus disposerit, ibidem esse sita, ha testamenti
tabula nihil osciis in his quoque terris & ubique pro validis
habenda, etiam si confiteretur, ad testamentum rusticorum
tam Jure Romano, quam Germanico Parochum cum duobus
testibus ibidem non sufficeret, sed quinque ad minimum
requiri, si plures haberi nequeant. L. ult. C. de Testam.
REC. IMP. de Anno 1512. tit. 2. §. 2. CONSVETVDO enim præ-
dicta testamento dedit FORMAM, consequenter, si de ejus
solemnibus, si de loco, si de tempore, si de modo ejus qua-
ritur, ejus loci utique ratio habenda, ubi testamentum et-
iam ab extero conditum; contra vero neque domicili te-
statoris;

flatoris, nec rei sita ratio habenda. Egregie heic omnia applicanda, quæ pro stabiliendo hoc affini argumento eruditè docuit NICOL. HER TIVS de *Collitione Legum Scđt. IV. §. 10.* Ponamus porro, per consuetudinem alicubi fœminam, quam primum nupta, censeri majorenem, illa consuetudo vires suas etiam ad extera loca, ubi ad majorenitatem nonnis complementum anni vicesimi primi vel quinti sufficit, effectum producit, ita ut nec ad bonorum ibi sitorum immobilium alienationem nec Curatore nec decreto opus habeat; Consuetudo enim, quam modo laudavi, in personam directa; Ergo respiciendum ad illam civitatem, qua illam habet subjectam. Apposite hic BALDVIS ad L. *Canticas populos C. de Summa Trinitate n. 12.* dixit: *Jus habilitationis*, utor verbis BALDI, *reipicit personam, & habet locum etiam extra territorium, & habet ipsam qualificare i. e. habilitare ubicunque locorum.* Plura de nobilissimo hoc argomento ut in medium producam per instituti rationes prohibeo, adeat interea, qui velit, CHRISTIANVM RODENBURGVM in tr. de *Jure*, quod oritur ex statutorum vel Consuetudinum discrepantium conflictu, cum NICOL. HERTIO de *Collis. Legum.* & COCEJO de *fundata in territorio* & plurium locorum concurrente potestate t. 5. Nunc autem mihi more recepto commendandus est,

NOBILIS AC CLARISSIMVS
DOMINVS

ANTONIVS HENRICVS SIMON,

Gräfenthalensis Thuringus.

J. V. Candidatus eximius,

qui in lucem editus die 20. Aug. MDCCVIII. Parente, Viro, cum viveret, Prænobili ac Confiliissimo, Domino DAVIDE SIMON, J. V. D. Sereniss. Ducis Saxo-Saalfeldensis Confiliario ejusque Dynastie Graffenthalensis Praefecto meritissimo, Matre JOHANNA SOPHIA, Du. THEODORI SCHNEIDERI, S. S. Thol. Dæc Sereniss. Duc.

Duc. Sax. Saalfeld. Concionatoris Aulici & Superintendentis gravissimi filia. Privata informationi traditus JO. CHRISTOPH. BUTTERSENII Rev. Min. Candidati, nunc Diaconi Greifenthalensis ut & JO. GEORG. WEBERI J. C. nunc Practici apud Saalfeldenses felicissimi: Cum vero optima Matre d. 13. Febr. 1714. Patre v. dilectissimo ipso Dom. Rogate 1722, orbatus fuit, hujus vices suscepit lectionis frater germanus M. FRID. THEOD. EVSEBIUS SIMON Ecles. Themerensis Diaconus, qui Nostrum a M. DAVIDE WENDLERO Schola Neoflad. ad Orlam Rectore in Album 1722. Mens. Aug. inscribi curavit, cuius fidelissima informatione, quam etiam post fata ejus publice & honorifice profitetur, per biennium usus; quo elapsu ab eodem Coburgum translatu, ubi a Magnis. t. t. Gymnasi Academicu Directore ALBERTO MENO VERPORTENNIO S. S. Theol. Doct. & Prof. Publ. Ord. nunc Pastor, Gedanensis Prim. ejusque Gymnasii celebratissimi Directore inter cives laudati collegii relatus, ubi in Philosophia, Theologia ac Jurisprudentia, aliis denique disciplinis scientia necessariis prater VERPORTENNIVM JO. CONRAD. SCHWARTZIVM S. S. Theol. D. nunc Casimiriani Direct. JO. DANIEL GIEHNLEIN Seven, Duc. Sax. Cob. Saalf. Consiliarium J. V. D. & Prof. Publ. HEINREICHIVM Med. Doct. & PP. M. JO. HENRICVM EHRENBERGERVM Matb. Prof. O. Praeceptores habuit fidelissimos. Exoticis quoque linguis, nec non exercitiis, qua corpus ornant, quorumve ex Sereniss. Nutritorum clementia copia haberi potuit, operam dedit. Anno 1723. Vitebergam adiit, ubi in Philosophicis CRELLIVM & HOLL-MANNVM, in Jurisprudentia Civ. D. CHLADENIVM & WERNHERVM, in Iure Feud. Publ. & Can. LEYSEROS BASTINELLEROS MENKENIOS & KRAVSIOS viros celeberrimos audivit. Anno 1732. Coburgum redux, manuductione ad Praxin fratris germani JO. THEOD. SIMONIS, Advocati Aul. civitatisque Themerens. Syndici per annum usus, quo clapsfo ipse manus apposuit Noster, & postquam consueto tentamine peracto, praefitoque juramento SERENISS. DVC. SAX. COB. SAALFELD. clementia in numerum Advocatorum receptus, causas ipse in foro egit Saalfeldensi per quam strenue. Tandem

dem re suā esse duxit B. parentis premendi vestigia, Gradumque Doctoralem, ut clientibus eo majorem fidem faceret, capessendi. Facultati itaque nostro animi sensus per literas expofuit, ac ut ad examen admitteretur, modeſte petiit. Cui honesto desiderio deſeffe eo minus potuimus, quo magis in prelaudato examine rigorofo alijs speciminabus præclararam in Jurisprudentia studio acquifitam ſcientiam nobis oſtendit; Nunc, ut reliqua ſpecimina edat, cathedram Juridicam eisdem aperuimus, ex qua ad ſupra excitatum ſ. IX. Inſt. de J. N. 16. & Civ. d. XVII. Maii sermonem habebit curſorum ac dein

DE

JVRE CONSVETVDINARIO

Diftertationem inaugurelam ſuccinete non minus ac erudite & ſolide elaborata, ſine Praefide publice tuebitur, ad quos actus Reverendiss. & Per-Illiſtris Dom. PRO-CANCELLARIVS reliquive Academiacæ Proceres & Cives, ea, quâ par eſt, obſervantia & humanitate invitantur. PP. Erfordia ſub ſigillo Facultatis Juridicæ die 15. Maii M DCC XXXV.



00 A 6379
VD 18


ULB Halle
002 916 568

3



WPA

B.I.G.



ALMÆ ACADEMIÆ ERFFVRTH.
RECTOR
JAM
FACVLTATIS JVRIDICÆ
DECANVS,
**TOBIAS JACOB
REINHARTH,**
JCTVS, RELIQUA,
AD AVDIENDAM
LECTIONEM CVRSORIAM
ad §. IX. Inst. de J. N. G. & Civ.
ET
DISSERTATIONEM IN AVGRALEM
AD DIEM XVII. MAJI MDCCXXXV.
LECTOREM BENEVOLVM
HUMANISSIME INVITAT.

ERFORDIAE,
Typis JOH. CHRISTOPHORI HERINGII,
Acad. Typogr.

